

positum, nobilissimum scilicet, & qui per se expetitur, sanitate
tem puta corporis humani, quem non recuperari solùm, sed &
conservari posse chymicis medicamentis, extra dubium est.

XX.

Licet autem hoc modo utriusq; finis respectu sit certissi- *Difficultas*
ma & utilissima, eadem tamen etiam, præsertim quam Metal-
lurgicam supra diximus, est difficilima, & tantis involuta per-
plexitatibus, ut paucissimi huc usque spei & voti compotes;
plurimi vero pauperes inde facti sint. Nimirum *non curvis con-
tingit adire Corinthum.*

XXI.

Nulla tamen merito tota ars propterea malè audit; ut
elegantè scribit Libavius *in defens. Alchymia.* Quod si vero ante
oculos omnium est transmutatio metallorum; et si non in aurum illud
(quod est unguis in oculo multis & Syren illa Homericæ suavissima,
cujus ope quàm vellent magnifice se gerere, illecebrasq; vite quibus
inherent fatuè, assequi possent) at in alia quedam non minus proficua
humano generi, quàm aurum, quæ dementia est, totam artem pro-
pterea lacerare criminibus, si unus solus finis nostris votis non respon-
det? Scilicet non vult Deus confectam aurum, à quo vis ob-
superbiam, luxum, abusum & alia vitia quæ parere solent di-
vitiarum.

XXII.

Hoc loco, dum theses scribimus, supervacaneum vide- *Origine*
tur longius de origine & inventoribus Chymia disquirere. Non
multum enim moramur, num à Patriarchis inventa sit; vel an
Moses vitulum illum aureum artificio chymico combusserit;
& an Salomon opes suas hujus adminicule acquisiverit? cum
parum ad artis vel scientiæ alicujus dignitatem facere putemus,
quando vel à quibus inventa & excultra sit, modò de certitudi-
ne & utilitate ejus per experientiam constat.

XXIII.

Porro licet chymicus qua talis neque medeatur, neque re-
rum naturalium causas & principia investiget: quia tamen no-
stro